

Casa

Gab.

Est.

Tab.

N.º

R

4

8

R-4-8

BVLLA
CONFIRMATIONIS ET
NOVÆ CONCESSIONIS
Privilegiorum omnium ordinum
Mendicantium.

*CVM CERTIS DECLARA
tionibus, Decretis & Inhibitionibus
S.D.N.D. Pij Papæ V. Mo
tu proprio.*



CONIMBRICÆ.

Apud Ioannem Barrerium.
Anno. 1568.



BALLEA

CONFIRMATIONIS ET
NOVAE CONCESSIOIS

Insuper confirmatio et concessio
insuper confirmatio

COMITIS DE CLAR

Comitis, Dux et Capitaneus

S. D. N. D. P. N. M. S.

Insuper



COMITIS

Apud Londoniam

Anno 1283



PIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam
Rei memoriam.



ETSI Mendicantium ordines, qui sedulū in vinea Domini quotidie exhibere non cessant famulatum, summo semper studio (etiā dū in minoribus essemus) amplexi sumus, ad summi tamē Apostolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia assumpti, dum id mente recolimus, facere non possumus, quin eos propensiori charitate, & paterno affectu amplectamur: ac exinde p̄ suis sanctis studiis, honestisq; laboribus, proquē salute animarum, ab Apostolica Sede (cuius continuē pacem, & dignitatē ordines ipsi fortiter tutati sunt) tam spiritualia, quā temporalia subsidia, ornamenta quē acciperint, & accipiant, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint: & ceterę religiosę personę, ordinesquē alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresq; ad sua officia persoluenda reddantur. Hinc est, quōd nos attendentes, plerosq; ex venerabilibus fratribus no-

stris Archiepiscopis, & Episcopis, qui eosdem ordines præcipue tamquam fructiferos in agro domini palmites: & colere, & adiuvare debe- rent, non solum id exequi negligere, verum etiam Concilij Tridentini decretis in pravam sensum retortis, eos & eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus, eorumq; privilegijs non modicum afferre gravamen, conantur. Quidam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt admittere quosdam regulares ad prædicationem, etiam in suis Ecclesijs faciendam, quamvis de eorum habilitate ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum testimonium à suis superioribus. Alij vero volunt, vt nedum semel, sed etiam pluries in anno coram ipsis vel eorum Vicarijs prædicatores præsententur, ac pro licentia prædicandi (quam non nisi in scriptis dare volūt) aliquid quandoq; exigūt. Alij etiam Episcopi, maximam regularibus iniuriam irrogare videntur, dum præter ordinem, & veterem consuetudinem absque vlla ratione quosdam reiiciūt, & quosdam (pro eorū libito) admittunt ad prædicationem huiusmodi habendam in locis suæ diocesis. Quorundam etiā locorum ordinarij, quosdam religiosos probos viros, & idoneos (etiam à suis superioribus approbatos) ad confessiones audiendas admittere nullo modo volūt. Quidam ex eis volunt, non solū singulis annis sed etiam pluries in anno, in aliquibus partibus eosdem confessores sibi præsentari.

ri. In aliquibus vero oppidis tam Episcopi seu eorum vicarij, q̄ presbyteri curati nolūt, vt fratres mendicātes vocati ad audiendas confessiones infirmorū (maxime si infirmitas est grauis) aut etiā sanorū in priuatis illorū domibus, vel alibi, præterquā in suis Ecclesijs aut monasterijs possint accedere. Nonnulli etiā audent Confessores Monialiū (qui pleno Iure subsunt regularibus) examinare, cū tamen id minime per cōciliū decernatur, sicut & de fratribus, qui sunt audituri cōfessiones aliorū fratrum. Qui etiam in aliquibus partibus nitūtur asserere, seu facere, ne quisquā infra annū possit sacrā Eucharistiā in Ecclesijs mendicantium recipere, neq; etiam moniales tertiarias nuncupatas suorum ordinū (vt aliqui asserunt) in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate (quo ad seculares dumtaxat) iuxta priuilegia summorum Pōtificum prædecessorum nostrorum eisdē ordinibus concessa id obseruari debeat. Alij vero Episcopi, seu eorum Vicarij audent ad eorum libitum, dare licentiam quibuscunq; quæcunq; Monasteria Monialium etiam sanctæ Claræ ingrediendi, etiam si regularium curæ subdita sint. Quidam vero sub prætextu exquirendi voluntates puellaram, ante professionem earū volunt eas extrahere à monasterijs, & per longum tempus alibi detinere, ipsasque puellas seu nouitias de plerisq; rebus interrogant, neq; necessarijs, neq; in decreto Concilij Tridentini desuper cō-

tentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali. Alij vero pleriq, noluerunt quosdā regulares aliarū diœcesum sacris ordinibus initiare; ac etiā à sui ordinis Prælati approbatos, admittere nolunt. Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parrochianos ad sonum campanæ ex cōmunicationem promulgant, vt non possint interesse missis, concionibus, & diuinis officijs, nisi in propria parrochia, Alij vero ipsis prohibēt, vt omnino in alijs Ecclesijs (etiā requisiti) nō celebrēt. Alij vero in aliquibus partibus in eorū Ecclesijs cōciones sacrę scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolūt: & si aliqd ipsis relictu fuerit, vt ab ipsis missæ dicatur, vel alia officia pro mortuis celebrētur, ipsis sibi ea vsurpāt, dicētes, quod ipsi ea exequi nō possunt, quā ipsi sunt pastores. Alij vero sub ex cōmunicationis latæ sentētię, & exilij per decōniū à diœcesi pœna, inhibuerunt ne missæ in eorum Ecclesijs celebrentur, in diebus festiuis antequam rector Parrochialis Ecclesiæ celebrauerit. Alij etiā nolunt, vt dum prædicatio in Ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur. Ac insuper in quibusdam locis omnem ordinem & quietem perturbāt, dū controuersias, iam diu sopitas & extinctas super præcedētia excitarūt, & vbi nullæ erant, pepererunt: dum pro arbitrio & voluntate eorū, hos illis præferre voluerunt. Quidā etiā Episcopi volunt regulares a cura animarū excludi, & illā solis presbyteris secularibus cōmit-

ti. Quidam vero quartam funeralium extendere
volunt etiam ad missas, legata, & alia quęcunq;
quę domibus regulariũ relinquuntur. Alij autẽ
volunt quartam partem omniũ eorumquę etiã
pro ornamento Ecclesię palliorũ, planetarũ, cor
tinarũ, pãnorum, & eorũ etiã quę pro victu fra
trũ relinquuntur. Aliqui etiam in quibusdã parti
bus etiã volunt, vt nõ solũ ius sepulturę solui
consuetum, quod semper soluitur, neq; denega
tur, sed etiam omne illud, quod Ecclesijs ordinũ
ad eorum libitum partes dant, quando sepeliun
tur ibidẽ defunctorũ corpora, id totũ curatis etiã
de nouo soluatur instãter conãtur, impediẽtes
ne aliter corpora defunctorũ, ad Monasteria fra
trũ deferãtur, vnde in hoc maximẽ tã partes, q̃
ip̃sos fratres grauari contingit. Aliqui vero etiã
ex locis mendicãtiũ, qui curã habent animarũ,
volunt pro seminario decimas exigere, ac in ca
su renitentię etiam pignus exigunt. Alij au
tem præfatos fratres ac moniales sub eorum
cura degentes subsidium regium persoluere
cogunt, cum multę earundem monialium vi
re habeant pro earum victu & vestitu necessaria vi
re. Alij etiã in quibusdam partibus pauperes mē
dicantes eleemosynas petere prohibēt pro eo
rum dũtaxat substẽtatione, & si inuenerint eos
panem vel aliquid aliud simile amore Dei sibi
collatum portantes, quandoq; ab eis auferre mi
nantur, afficientes eos graui iniuria & contu
melia. Nonnulli vero Episcopi vel capitula ca
noni.

nonicorū pauperes mendicantes tā fratres quā
moniales suorū ordinū, tam de redditibus bono
rū si quæ habent, quā de possessionibus, vineis,
agris, & alijs suis bonis quibuscūq; nō solū largi
tione fidelīū sibi concessis, sed etiā aliās iustis
de causis ab eis acquisitis ac pecunijs emptis si
bi decimas ac primitias alijs respectiue soluere
cogūt. Alij autē ausi sunt inquirere, & processus
facere cōtra aliquos regulares, intra claustra de
linquētes, vel de quorū delictis aliqua erat suspi
tio, nō expectata aliorum superiorū cēsura. Alij
vero Episcopi monialiū monasteria ingredi, &
illa ingrediendi licentias suis concedere, & ad
uersus illas processus formare, ipsorum ordinū
superioribus irrequisitis, præsumūt. Aliqui etiā
dominium tēporale super moniales habere præ
tendunt. Nonnulli vero frequentissime regula
res citant, & iurisdictioni suæ subijcere tentant,
ac eorum conuentū occupant, ipsos expellēdo,
ac in ipsos iurisdictionē vel potestatem exercēt.
Aliqui vero ipsos carceribus (absque causæ co
gnitione) mancipant, ac manibus pedibusq; la
borant, vt regulares mendicantes suæ ditioni
subijciant, & vsq; adeo se intromiserūt in guber
natione conuentuū, & in correctionibus fratruū,
vt Prouincialibus, & Generalibus nullus am
plius videatur relict⁹ locus, aut vlla iurisdictionio.
Aliqui autem, conuentuum Priores, & guardia
nos rationes, & computa facere cum syndicis cō
uentuū huiusmodi prohibēt. Fratres quoq; qui
ad

ad Episcopos huiusmodi recursum habent, à
Prioribus & Guardianis præfatis castigari; &
puniri interduntur. Inhibent quoq; superiori
bus ordinū, ne faciant processus contra fratres,
ac in ipsos imperiū, & brachiū seculare exercēt.
Alij vero, ipsos extra claustra degentes sub eo-
rum protectione recipiunt, eosq; sic permanere
permittunt, eosq; etiā inuitis suis superioribus
detinēt. Aliqui vero, bonorū ipsorum fratrum
tanq̄ ad eos (si extra claustra defuncti fuerint)
spectantiū, possessionem occupare præsumūt, &
ad habitū religionis reuersis, sua bona consigna-
re nolunt. Ac etiam vniones à sede prædicta, aut
aliàs rite factas, de beneficijs Ecclesiasticis impe-
diunt, & sibi relaxari debere volunt, & contra-
dictores ex cōmunicationis gladio feriunt. Alij
vero regulares campanas diebus festiuis pulsa-
re, vel eodem tēpore, quo ipsi celebrant, missas
celebrare nolunt. Aliqui etiam pro licentia dan-
da ædificandi quandam domum regularem, tri-
ginta, vel quadraginta ducatos exigere, non eru-
buerunt. Alij vero eos mortuorum corpora asso-
ciare. Alij autem cum Parocho similia munera
subire, non permittunt: nisi maior canonico-
rum pars interuenerit. Alij vero mortuorum
officia in regularium Ecclesijs peragi nolunt,
nisi cum ipsorum præsentia, & ipsorum mo-
niales, vel alias personas etiam si in earum fu-
nere Parochus interuenire non deberet, sepeli-
re prohibent, nisi ipsi Parocho prius certū quid

solutum fuerit, & si aliquem, ipsi sciuerint, in regularium Ecclesiis sepulturam elegerit, eum (ut dicitur) non ante ad illas deferre sinunt, quam ad Parrochi Ecclesiã delatum, in ibiq; officium peractum fuerit. Postremo vero, testamẽta sine presbyterorum præsentia fieri, prohibent: & si quid ipsis regularibus relictũ fuerit, id a Irenæis contra Concilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurant. Ac propterea volentes, præmissis, ac alijs similibus excessibus, & grauaminibus, ex nostri pastoralis officij debito providere, attendentes etiam, illos, qui onus diei, & æstus tam in prædicationibus, quã in cæteris spiritualibus munerib; quotidie sustinet, nisi etiã aliquantisper subleuentur, facile fore, vt oppressi, à suis officijs omnino desistat: ne in posterum eis aliquod inferatur grauamẽ. Concilij Tridentini huiusmodi decreta quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorumq; declaratio non nisi ad nos spectat, modo & forma infra scriptis declarandum censuimus. Nos igitur Motu proprio, nõ ad aliquius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa sciẽtia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus Canonem Sessionis XXIII. Cap. III. per quẽ omnibus regularibus etiã in suorum ordinũ Ecclesijs, contradicente Episcopo prædicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum fratres huiusmodi: quando à suis Generalibus, vel eorum ministris prouincialibus,

Declaran-
tur aliqua
decreta
Concilij
Tridentini

Mendicantes
in suis
possunt præ-
dicare ec-
clesijs abs-
que ali-
qua cõtra-
dictione.

cialibus, ad id deputati fuerint, non cōprehen-
dere, neq; eos afficere posse. Imo volumus quod
in suis ecclesijs quādo eis placuerit: licite, & abs-
que vllō impedimento, vel contradictione, etiā
Episcopi, (nisi ipse prædicauerit) prædicare pos-
sint. Quod vero in sessione, XXIII. Cap. XV. cir-
ca confessiones à regularibus non audiēdas sta-
tuitur hoc etiā dictorū ordinum fratres, à præ-
fatis suis Generalibus, vel ministris Prouincia-
libus ad audiendas confessiones vtriusq; sexus
Christi fidelium approbatos (vt præmittitur) mi-
nime comprehendat: ita vt à confessionibus au-
diendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, q̄
extra minime prohibeātur, super hoc literas fe-
licis recordationis Pauli Papæ IIII. etiā præde-
cessoris nostri, cōcedentes eis dē fratribus medi-
cātibus regularis obseruatiē, posse confessiones
secularium personarū, etiā infirmarū, etiā extra
domos, & monasteria sua, & vbilibet audire, ap-
probādo et de nouo cōcedendo. Statuimus etiā
qđ ille qui semel in vna diœcesi admissus per
Episcopū fuerit, semper in eadem diœcesi ha-
beatur pro admissō, nec amplius examinari, vel
præsentari, in dicta diœcesi debeat, tā quo ad præ-
dicationes faciendas quā quo ad cōfessiones au-
diendas, nec aliquid pro prædictis exigi vel re-
cipi debeat. Confessores vero monialiū quę de-
gunt sub cura regularium ab ordinario exami-
nari nolumus, quemadmodum neque etiā fra-
tres si debeant audire confessiones aliorum fra-

trum

Cōfessio-
nes tā in-
tra do-
mos quā
extra au-
dire pos-
sunt.

Admissus
semel in
vna diœ-
cesi nō te-
netur am-
plius exa-
minari,
vel præ-
sentari in
eadem.

Cōfesso-
res monia-
liū & fra-
trum, nec
examina-
ri, nec præ-
sentari te-
nētur.

Lectores,
aut gradu
ati exami
nari non
tenentur.

Quid de
ingressu
monaste
riorū mo
nialium
quoad epi
scopos: &
de licētia
ingrediē
di nō dan
da.

Processus
aduersus
moniales
vel fratres
Episcopi
facere nō
possunt.

trum examinari debent. Lectores insuper ex
eisdē fratribus & in Theologia graduati qui cū
licentia suorum superiorum ad gradum admis
si fuerint cum de ipsorum doctrina ambigendū
non sit, tam confessiones audituri quam prædi
cationis munus subituri ab Episcopis minime
examinentur. Cumq; inhonestū sit; quemlibet
in alienam messem falcem iniicere, cumq; mo
nialium monasteria non nisi de Episcopi vel su
perioris licentia, & in casibus necessarijs, aliquis
ingredi præsumat, in Sessione. XXV. Cano. V.
prohibetur, hoc tantum in illis monasterijs lo
cum habere volumus, quæ ordinarijs ipsis ple
no iure subsunt, in quib⁹, in casibus necessarijs
ipsi dare licentiam possint, & non alijs monaste
rijs. Ita vt in præfatis monasterijs quæ ordina
rijs ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinarij
illa ingredi non possint, prout in regulis earum
seu de iure statuitur, et eis aliquos processus ad
uersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi,
propterea seu alias ipsorū ordinum superiori
bus irrequisitis, quoquomodo formare, aut face
re posse, omnino prohibemus, ita vt aliquā iuris
dictionem, seu aliud quodcunq; dominium, in
moniales & fratres huiusmodi, respectiue habe
re exercere, aut exequi, nullatenus possint aut
debeant, imo illas, & illos, omnes ab eorum su
perioritate, dominio, & iurisdictione, & potesta
te, eximimus & liberamus, prout eis concessum
est per sua priuilegia, à sede præfata obtenta, &
ita

ita præfatæ moniales, ac fratres sint exclusi à
 superioritate, & iurisdictione ordinariorum re-
 spectiue huiusmodi, vt etiam in illarum, vel illo-
 rum syndicis, aut procuratoribus deputadis, vel
 in disponendis illorum facultatibus, vel alia si-
 bi non competentia facienda, vllatenus non se
 intromittant. nec etiam ordinarij ipsi, regula-
 res præfatos citare & iurisdictioni suæ subijcere
 ac eorum conuentus occupare ipsos ab eis ex-
 pellendo, ac in ipsos iurisdictionem aliquam &
 potestatem exercere, (vt præmittitur) aut ipsos
 carceribus m̄cipare, & contra eos aliquid aliud
 facere possint vt suæ ditioni subijciantur, neq;
 etiam se intromittant vlllo pacto, aut aliqua ra-
 tione, in gubernatione conuentuum tam fra-
 trum quam monialium huiusmodi, & illorum cor-
 rectionibus, sed omnia ista & alia necessaria ad
 correctionem & gubernationem fratrum, aut
 monialium huiusmodi, & eorum generalibus,
 ac ministris seu Prouincialibus, vel alijs eorum
 aut earum respectiue superioribus, etiam ra-
 tione computa faciendi cum syndicis conuen-
 tuum huiusmodi, omnino relinquuntur: nec
 vlllo modo in præmissis, & alijs, fratres &
 Moniales huiusmodi tangentibus ordinarij præ-
 dicti per se vel alios se intromittant. Fratres
 quoq; si contigerit, eos ad huiusmodi ordina-
 rios recursum habere, à præfatis Generalib⁹ mi-
 nistris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardia-
 nis, & alijs suis superioribus, castigari & puniri
 posse,

Epi iuri-
 sdiCTIONē
 vel supio-
 ritatē in
 fratres vel
 moniales
 nō habēt,
 citare nō
 possunt,
 nec cōuē-
 tus occu-
 pare.

Epi nō se
 intromit-
 tūt in gu-
 bernatiōe
 conuētūū
 fratrum vel
 monialiū

Regula-
 res haben-
 tes recur-
 sum ad E-
 piscopos
 possunt à
 suis supe-
 riorib⁹ pu-
 niri.

Epi nō re
cipiāt fra
tres extra
claustra
degentes
sub prote
ctione sua
inuitis
superiori
bus.

Bona re
gularium
deceden
tium siue
in habitu,
siue extra
habitū ad
ordinem
quem pro
fessi sunt
pertineāt

posse, & debere: neque ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinū huiusmodi vllatenus inhi bere, quinimo præfatos superiores processus contra fratres suos & moniales huiusmodi, quā do opus fuerit circa delictorum inquisitionem, vel castigationē facere posse. decernimus: inuo cato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra degentes, sub eorū prote ctione recipiant, eosque inuitis suis superiori bus detineant. Prohibemus quoq; eisdem ordi narijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum mo nasteriorum pro tempore degentium siue de cedentium, & quamuis in habitu siue absq; ha bitu moriantur, volumus quod eorum bona mo bilia, & immobilia, ad ordinem quem professi sunt pertineant disponenda, iuxta constitu tiones, seu ordinationes præfatorum ordi num: neq; illa ordinarij præfati occupare præ sumant, imo huiusmodi & ad habitum religio nis reuertentium bona omnia monasterijs ipsis, cum ea quę acquirunt monachus de iure monaste rio acquirantur, pertinere etiā decernimus. Ac ipsis ordinarijs, ne quascunq; vniones etiā per petuas à sede prædicta vel alias vt præfertur ha ctenus factas, & pro tempore faciendas de bene ficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suū sortiantur effectum impediāt, omnino etiā prohibemus, & censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas

penas per eos in cōtradiētores pro tempore la-
tas, nullius esse roboris vel momēti, similiter de-
cernimus & declaram⁹. Insuper volumus quod
præfati regulares quibus cura animarum inest,
possint per seipos iuxta suorum superiorū or-
dinationem, aut alios Vicarios seu Capellanos
seculares ipsorū regularium nutu amovibiles,
ab eis deputatos & ab ordinario pro idoneis no-
minatos, & approbatos, præfatam curam exer-
cere: neq; in eorum deputatione, vel amotione,
neq; alicuius partis fructuū consignatione, pro
præfatis Capellanis seu Vicarijs secularibus, si
per tales curā exerceri contigerit, Episcopi vlllo
pactō se intromittāt. Prehibemus in super eisdē
ordinarijs, ac alijs quibuscunq; personis, ne im-
pediant ipsos fratres quando eis placuerit, tam
in diebus dominicis, seu festiuis, aut alijs toti⁹
anni temporibus, campanas pulsare: & etiam tē-
pore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare,
nec nō mortuorum corpora associare, & illa per
fratres ipsos quādo in Ecclesijs suis præfatis de-
lata fuerint, etiam absq; præsentia rectorum Ec-
clesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia
mortuorū huiusmodi peragi posse, necessariāq;
præsentiam rectorum aut aliorum clericorum
quin infirmi libere sua possint cedere testamē-
ta minime esse, ac ipsos regulares legata, aut quę-
uis alia sibi in testamentis relicta, exigere & ob-
tinere posse, neque aliquod ius in cōtrariū esse,
decernimus & declaramus. Volumus etiā, quod
puellarum

Episcopū
nō impe-
diāt vni-
nes benefi-
ciorum.

Regulares
possūt ex-
ercere cu-
rā anima-
rum.

Possūt ca-
panas pul-
sare, mis-
sas cele-
brare,
mortuo-
rū corpo-
ra associa-
re.

puellarū deo dicādarum, an scilicet coactæ vel
seductę fuerint, examen faciendum, nō nisi in-
fra quindecim dies postquam iuxta Concilium
Tridentinū, Episcopi, vel eorum Vicarij requi-
siti fuerint, fieri possit. quib⁹ elapsis, amplius in
hoc illis se intromittere non liceat. cuius occa-
sione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra sep-
ta monasteriorum ingrediantur, sed stent ante
cratē ferream, & interrogationes alias quā eas
quæ præfatum Concilium Tridentinum iubet,
eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volu-
mus, quod puellæ, seu novitiæ ipsæ, ad alias in-
terrogationes respondere minime teneantur.
Sessiois vero xxij. cap. viij. neminē nisi a pro-
prio Episcopo ordinari posse statuens: in regula-
ribus locum non habere omnino declaramus,
ita quod fratres huiusmodi præfatos etiā sacros
ordines, a quolibet Antistite gratiam & commu-
nionem apostolicæ sedis habente: (ordinarij lo-
ci minime requisita licentia) in locis, seu domi-
b⁹ fratrum huiusmodi, aut alibi, recipere possint.
Et insuper Sessiois xxij. decretum per quod
populum sæpe ad suas ecclesias, saltem domini-
cis & maioribus festiuis diebus, conuenire de-
bere monet insequendo: volumus quod fratri-
bus mendicantibus huiusmodi, non solum pro-
hiberi non possit, ne missas, & alia diuina officia
faciant in eorum ecclesijs, verum etiam in qui-
buscūque alijs vbi celebrari missas solitum est,
etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis cele-
brare

Quomo-
do noui-
tiæ sint ex
aminandæ
ante pro-
fessionē,
ab ordina-
rijs.

Regula-
res a quo-
cunq; Epi-
scopo or-
dinari po-
ssunt.

Quod fra-
tres missas
in festiuis
diebus ce-

brare

brate valeant. Ac etiam quod conciones, & lec-
 tiones sacræ scripturæ, & sermones p̄ mortuis,
 etiam in ecclesijs suis facere, ac eleemosynas pro
 celebrandis huiusmodi missis, & alijs diuinis of-
 ficijs peragendis, si eis illas donari seu relinqui
 contingat, recipere, nec non missas, & diuina of-
 ficia huiusmodi, etiam in diebus dominicis, vel
 festiuis, etiam antequam rector Parochialis ec-
 clesiæ celebrauerit, celebrare & facere, & quādo
 eis videbitur, etiam si tūc in ecclesia cathedrali
 prædicetur, prædicare, ac etiam quicumque vtri-
 usq; sexus Christi fidelis, totius anni tempore il-
 las, & illa in ecclesijs fratrum huiusmodi, audire
 possint, ipsiq; Christi fideles vllatenus desuper
 molestari, aut impediri per locorum ordinarios
 seu rectores Parochialiū ecclesiarum, aut alios
 quoscunq; villo pacto, causa, vel occasione nō va-
 leant, seu debeant, sed præfati Christi fideles au-
 diendo missas, & alia diuina officia in ecclesijs
 fratrum huiusmodi dieb; dominicis, aut festiuis
 præcepto ecclesiæ de illis audiendis satis fecisse
 censeantur. Ipsiq; que Christi fideles, sacramentū
 Eucharistiæ (resurrectionis Dominicæ festiui-
 tate dūtaxat excepta) sumere, eisq; illud per
 fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad ali-
 ud faciendum per locorum ordinarios, aut ec-
 clesiarum rectores præfatos, seu alios quoscun-
 que (illorum licentia minime requisita) etiam
 sub centuris ecclesiasticis & alijs pœnis, cogi
 vel compelli possint, seu debeant, etiam decer-

lebraf po-
 sunt i qu-
 bulcæ qu-
 ecclesijs
 etiam an-
 t-quā re-
 ctor paro-
 chialis ce-
 lebrat.

Celebrare
 possunt et-
 atequam
 celebre-
 tur in pa-
 rochiali
 Prædicar
 possunt et-
 tiam si in
 cathedra
 h prædica-
 tur.

In diebus
 festiuis
 nes Chri-
 sti fideles
 audire po-
 ssunt mis-
 sas in ec-
 clesijs fra-
 trum.
 Satisfaci-
 unt præce-
 pto eccle-
 siæ.

B nimus Possuntq;

Interdicta
suspendū-
tur in festi-
uitatibus
sanctorū
ordinum.
& in alijs
ad quæ ha-
bent priui-
legia.

Cōtrouer-
siæ de præ-
cedentia
dirimātur.

Regulares
ad curā a-
nimarū ad-
mitti de-
bent.

Quarta fu-
neraliū nō
soluenda.

nimus & declaramus. Et licet in sessione xxv.
cap. xij. caueatur, quod censure & interdicta ec-
clesiastica etiam a locorum ordinarijs promul-
gata mandate Episcopo, a regularibus in eorum
ecclesijs publicari debeant, tamen si tēpore cele-
brationis alicui⁹ ex festis sctōrū ordinū eorūde-
ac aliās in alijs festiuitatibus iuxta eorundē or-
dinum priuilegia apostolica, interdictum huius-
modi emanauerit, illud in præfatis festiuitatib⁹
& earum octauis suspendimus. Centrouersias
autem omnes de præcedentia quæ eadem sessio-
ne xxv. cap. vero xij. per Episcopum ternina-
ri mandantur, non nisi durantes, per illum diri-
mi, finitas autem, nullo pacto innouari posse sta-
tuim⁹. Cumq; licet c. xj. sessionis xxv. statuatur,
quod in domibus virorum seu mulierum, qui-
bus animarum personarum seculariū cura im-
minet, nulli etiam ad nutū amouibiles, inibi de-
putentur, nisi de ordinarij consensu ac præuio
examine huiusmodi præcedente, ad curam hu-
iusmodi admitti posse omnino volumus præfa-
tos regulares. Quartam autem funeralium do-
qua sess. xxv. cap. xij. nequaquam soluere tene-
antur monasteria, quæ a quadraginta annis citrà
fundata existunt, postquam Concilium ipsum
loquitur tantum de monasterijs ante annos qua-
draginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere
consueuerunt, & vbi solui consueuit, id tantum
ceræ, & aliorum quæ in aliquibus partibus defer-
ri cōtigerit, tēpore quo defunctorū corpora ad
sepultu-

sepulturam deferuntur, non autē de Missis, seu
 legatis vel alijs fratribus ipsis seu monialibus
 huiusmodi relictis, aut aliās quomodolibet do-
 natis solui debet. Sicq; intelligi Concilij decretū
 quo ad quartam huiusmodi soluendam debere
 decernimus. Vbi vero non est consuetudo sol- *Nec quartā*
 uendi quartam huiusmodi, de nullo supra scrip- *nec parē*
 torum solui debere declaramus. Nec ad quartā *aliquā co-*
 seu aliam partem omnium eorum quæ etiā pro *rū quæ fra-*
 ornamento ecclesiæ, palliorum, planetarum, cor- *tribus relin-*
 tinarum, pannorum, & aliorum quæ dictis eccle- *quūtur te-*
 sijs relinqui vel dari contigerit, etiam si pro vi- *nētur tri-*
 ctu fratrum, aut aliās relinquuntur, aliquid con- *bucere.*
 tribuere teneantur. Ac etiam ius sepulturæ sol-
 uitantum consuetum curatis, & non aliquid ali-
 ud eis solui debeat, quamuis partes ad earum li-
 bitum ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorum *Ius sepul-
 tæ soluēdū*
 fratribus, alia quæcunq; tribuant, seu elemosy-
 nas elargiantur quando sepeliuntur ibidem cor-
 pora mortuorum huiusmodi, nec propterea im-
 pediri debeant, quin possint defunctorum cor-
 pora præfata ad eorum ecclesias tumulanda de-
 ferri facere: In honestum quoq; esse censentes,
 Medicatiū ordines ad aliquorū onerū cōtributi *Medicātes*
 onē teneri, illos, illorumquē loca, etiam si curā *curam ani-*
 animarum habeant, ac quæcunq; beneficia illis *marum ha-*
 vnita ad contributionē pro seminario, aut deci- *bentes nō*
 marum aliquarū solutionē, immo illos, & eorū *tentur ad*
 domos, monasteria, beneficia, & loca quæcunq; *aliquā cō-*
 & ab illis quomodolibet dependentia, eorūquē *tributionē*
 pro semina-
 B ij *possef-rio.*

possessiones, vineas, agros, & prata: ac alia bona
quæcumque, tam ad ipsos, quam ad moniales
præfatas etiam largitione fidelium, seu aliàs iu-
stis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta
vel aliàs quomodolibet pertinentia, minimè te-
neri: illosque & illas a quibuscunque decimis,
primitiis, quartis medijs, & alijs fructuū parti-
bus, nec nō subsidijs charitatiuis etiam per nos
concessis, ad quorumcunque etiam Regū, prin-
cipum, & dominorum temporalium instantiā,
quacunque etiam vrgentissima & de necessita-
te exprimenda causa, ac etiam alijs quibuscunq;
onerib⁹, tam ordinarijs, quam extraordinarijs:
etiam ratione fructuū, olerum, virgultorum, li-
gnorum, beneficiorum, & aliarum quarumcū-
que rerum tam pro victu quam vestitu, aut alijs
sibi necessariarum quomodolibet etiam aucto-
ritate apostolica nūc & pro tempore impositis,
ita vt pœnitus & omninō ad alicuius rei contri-
butionem minimè teneantur, omnino eximim⁹
& liberamus: illosq; & illas, ad illos & illa etiam
si seculares, & alię personæ quæcunq; in eas exi-
gendi possessione fuerint, minimè teneri debe-
re volumus: nec sub cap. xii. sessionis xxv. com-
prehendi posse, vel debere decernimus. Quōd
verò de vsu quæstorum eleemosynarum afe-
rendo loquitur sessionis. s. xi. cap. viij. id ad mē-
dicatium ordines nullo modo referri posse, vel
debere; etiā decernimus: quin potius cū ex elee-
mosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id face-
re,

Decimas
aut substi-
dia mini-
me solue-
re tenean-
tur.

Eleemosy-
nas petere
possunt.

re, liberum omninò esse declaramus. Quoniam
verò ex nimia Episcoporum sibi irrogata aucto-
ritate ipsi personas regulares suę iurisdictioni
subijcere omnino student, ac decreto Concilij
přefati sessionis xxv. cap. xiiij. edito, quo caue-
tur, quod si regularis intra claustra existens, &
extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scan-
dalosus sit, tetmino ab Episcopo přefigendo, a
suo superiore omninò puniatur, sin minus, ab
ordinario delinquēs puniri possit, cõfisi varijs
indebitisque grauaminibus regulares afficiant
ordinarios přefatos aliquid cõtra regulares in
claustris degentes huiusmodi quouis přetextu
occasione, vel causa innouare non posse, vel de-
bere: nec aliquos processus cõtra ipsas personas
regulares formare, aut facere posse volumus: ni-
si propter manifestũ scādalu, & suorũ ordinũ su-
perioribus pri⁹ consultis, & negligētibus: alio-
quin, omnia, & singula, contra přemissa facta, &
gesta, ac facienda in futurum, pro nullis & infec-
tis habeantur. Licentias verò pro construendis
domibus regularibus, quę 4. cap. xxv. sessionis
nisi de ordinarij licentia construi prohibentur;
gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistē-
te causa (superioribus explicanda) illas recusa-
ri posse, nec non fratres přefatos (etiam solos)
mortuorum corpora associare. Ac mandatũ in
die cœnę Domini fieri solitum, in ecclesijs, seu
domibus fratrum cuiuslibet ordinis předictorũ
solemniter facere, & předicta die předicare ho-

Regulares
delinquētes
a suis supe-
riorib⁹ pu-
niantur

Episcopi
contra re-
gulares p-
cess⁹ face-
re nō pos-
sunt.

Licentias
pro cõstra-
endes do-
mibus, gra-
tis dare de-
bent.

Mádátum
in die cæ-
næ domini
facere &
prædicare
pofsūt.

Portio nō
soluēda p
sepultura
moniali ſi
vel aliarū
pſonarū.

Abrogatur
vſus facien-
di testamē-
ta abſque
præſbyte-
rorū præ-
ſentia.

Ad quas p
ceſſiones
compelli
poſſit re-
gulares.

Fratres q
ſūt in col-
legijs ad
nullas te-

prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorū
ordinarios, aut rectores ecclesiarum, seu alios
quoscunq; prohiberi poſſe, etiam decernimus,
& declaramus. Mandātes etiam vniuerſis loco-
rum ordinarijs ne mortuorū officia agere Re-
ctores Parochialium in eccleſijs ipſorū fratrum
(contra illorum voluntatē) permittant. Ac mo-
niales dictis fratribus ſubditas, vel personas ſe-
pulturam in eorum eccleſijs eligentes (nulla ſo-
luta Parocho portione) ſepelire, vel ſi fratres
ad mortuorū corpora aſſociāda vocati fuerint,
illa abſque fratrum huiuſmodi præſentia ſepeli-
ri facere, audeant, vel præſumant. Cumquē ma-
ximè deceat, liberam eſſe cuiuſuis teſtantis vo-
luntatem, prauum illum vſum, paruo adhuc tē-
pore (vt præfertur) introductum, per quem te-
ſtamenta abſq; præſbyterorum præſentia fieri
interdicuntur, omninò abrogamus. Poſtremò
quod cap. xij. ſeſſ. xxv. cautum fuit, quod om-
nes ſcilicet tam clerici, quàm regulares quicūq;
ad publicas proceſſiones vocati, accedere cōpel-
lantur: id quo ad fratres præſatos de illis tantum
proceſſionibus intelligi volumus, ad quas ſecū-
dum conſuetudinem antiquam locorum, ſoliti
ſunt accedere: uel quæ pro bono pacis eccleſiæ,
vel pro victoria cōtra infideles indicuntur: quod
etiam de illis conuentibus (qui collegia nuncu-
pātur) minimè intelligi volumus, in quibus fra-
tres ſub arcūiori clauſura degunt, ita vt nec in
choro cantent, nec ad mortuos accedant, ſed

tan

tantum studijs, & lectionibus vacent. Præ-
terea si forte inter Episcopos, vel collegia, aut ca-
pitula, vel alias quasvis personas & præfatos fra-
tres, seu moniales, aut eorum aliquos, super præ-
missis vel aliquo eorum, coram quocunq; seu
quibuscunq; iudicibus, etiam causarum pala-
tij Apostolici Auditoribus, ac sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus tam in Romana Curia
quam extra eam, vbilibet his, seu lites respecti-
ue pendeant: nos litem seu lites, & causam, vel
causas huiusmodi ad nos aduocamus, ac illam, &
illas, quarum statum, ac nomina, & cognomina
iudicum, & collitigantium præsentibus haberi
volumus pro sufficienter expressis, cassamus,
& extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum
silentium desuper imponimus. Ac insuper vt
facilius præmissa omnia illibata persistant, om-
nia & singula priuilegia, immunitates, indul-
gentias, facultates, libertates, indulta, dispen-
sationes, fauores, & gratias, quæ decretis Conci-
lij Tridentini aliàs quam vt superius est di-
ctum, concessum, & declaratum, non contra-
riantur expresse eisdem fratribus, nec non mo-
nialibus quibuscunq;, & sororibus tertij ordi-
nis prædictorum ordinũ respectiue ordinib⁹, ac
illorum Ecclesijs, domibus, & personis, etiã vi-
uæ vocis oraculo in genere vel in specie tam per
reco. me. Eugenium iiii. Sixtum iiii. Leonem x.
Paulum iii. ac dictum Paulum iiii. & Pium etiam
iiii. quàm alios quoscunq; Romanos Pontifices

Adde
& e-
liti
alia
missa.

Confirmã
tur, & in
no cõcedũ
tur oia pri-
uilegia
quæ decre-
tis cõcilij
Tridentini
expresse
nõ cõtra-
riantur a-
lias q̄ in-
perias est
dictũ con-
cessũ, &
declaratũ,

in
ne
fac
pr
po

Port
solu
sepul
monie
vel ali
personar

etiam prædecessores nostros, ac nos, & se-
dem eandem quomodolibet concessa, confirma-
ta, & innouata: necnon nostras, & prædecessorū
nostrorum, ac alias quascūq; de super confectas
litteras, quarum omnium tenores, ac eorundem
prædecessorum nostrorum nomina, & alia de ne-
cessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum
(nihil penitus omisso) & forma in illis tradita
obseruata, inserti forent, etiam præsentibus pro
suffICIENTER expressis habere volumus, auctori-
tate Apostolica tenore præsentium perpetuò ap-
probamus, & confirmamus, illi quæ perpetuæ &
inuiolabilis firmitatis robur adijcimus: eaq; per-
petuis futuris temporibus inuiolabiliter obser-
uari debere, ac fratribus superioribus, & perso-
nis ordinū huiusmodi, necnon alijs quibuscūq;
quos illa concernunt, suffragari debere, seu posse
volumus. Necnon priuilegia, immunitates fa-
cultates, libertates, indulgentia, dispensationes, ex-
ceptiones, fauores, & gratias tam spirituales quàm
temporales, modo & forma quibus concessa sunt,
etiam per viam communicationis & extēisionis,
actiuè & passiuè inter se, & alios quoscūq; or-
dines respectiue, de nouo concedimus: illaq; om-
nia & singula ad domos, & loca quacūq; dicto-
rum medicantium ordinum, & monialium qua-
rumcūque ac sororum de tertio ordine nuncu-
patarum in congregatione viuētium dictorum
ordinum, (vt præfertur) hætenus recepta, & in
posterum recipiēda, Necnon eorum personas &
bona,

De nouo
concedū-
tur.

bona, etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatarum autentica originalia, propter temporis antiquitatem vel varias Urbis ruinas, deperdita existant (dummodo de eis aliàs legitime constat) extendimus, & ampliamus. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; iudices & personas quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores præfatos: sublata eis, & eorū cui libet, quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & definiiri debere: nec non quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis nostro prædicatorum Cardinali Protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum ac curiæ causarum Camere apostolicæ etiam Generali Auditori, nunc & pro tempore existentibus, per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios, præsentem literas & in eis contenta quæcunq;, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisquè in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant (auctoritate nostra) presentes, & in eis contenta, huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ concernunt, pacificè frui & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, contra præsen-

Iudices ad
signatur.

tium tenorem per quoscunque (etiam locorum
ordinarios) quomodolibet indebite molestari,
contradictores quoslibet & rebelles, per cēsuras
& pœnas ecclesiasticas, aliaquē opportuna iuris
remedia (appellatione postposita) compescēdo,
legitimisque super his habēdis, seruatis processu
bus, cēsuras & pœnas ipsas (etiā iteratis vicib⁹)
aggrauādo, & interdictū ecclesiasticum apponē
do, inuocato etiā ad hoc (si opus fuerit) auxilio
brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis,
& alijs apostolicis, necnō in prouincialibus & sy
nodalibus Cōcilijs editis, generalibus vel specia
libus cōstitutionibus & ordinationibus aposto
licis, ac etiā iuramēto confirmatione apostolica,
vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & cō
suetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & lite
ris Apostolicis eisdē Ep̄is, vel quibusuis alijs p̄so
nis sub quibuscūq; tenoribus & formis, ac cū qui
busuis etiā derogatorijs derogatorijs, alijsq; ef
ficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq;
& alijs decretis in genere vel in specie, etiā Motu
simili, ac alijs quomodolibet concessis, approba
tis, & inuatis. Quibus omnibus, etiā si pro illo
rū sufficēti derogatione de illis, eorūq; totis te
noribus specialis specifica, expressa, & indiuidua
nō autē per clausulas generales idē importātes,
mētio seu quauis alia expressio habēda, aut ali
qua alia exquisita forma, ad hoc seruāda foret, te
nores huiusmodi ac si de verbo ad verbū (nihil
penitus omisso) & forma in illis tradita obserua
ta,

ta, inserti forent: præsentibus pro sufficiēter expressis, & insertis habētes, illis aliās in tuo robore permāsuris, hac vice dūtaxat, specialiter & expresse derogamus. Necnō omnibus illis quæ in literis cōfirmationis, & innouationis, priuilegio rū eorūdem, alias per eosdē Paulū. III. & Piam etiā quartū prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum minorū huiusmodi concessorū, concessum est, non obstare contrarijs quibuscunq;. Aut si locorum ordinarijs, vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, velexcommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mētionem. Et quia difficile foret, earumdem præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & ubique illas præsentare, etiam motu & scientia similibus volumus, & decernimus, quod transumptis earumdem præsentium literarum, (etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarij publici subscriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus (si præsentarentur) ubique adhibeatur tam in iudicio quā extra illud, plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exēptionis, liberationis, inhibitionis, suspensionis, statuti, decreti, man-

mandati, derogationis, aduocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extensionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, decimo septimo Kl. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.



MOS Clemēs Monilianus mē
seratiōe diuina sanctæ Ro
manæ Ecclesiæ præbyter
Cardinalis de Aracæli nūcu
patus. Omnibus & singulis, præsens lite
rarū Apostolicarū cōcessiōnis, declaratio
nis confirmatiōnis, & voluntatis Sanc
tissimi Domini Pij diuina prouidentia
Papæ Quinti. in fauorem mendicantium
impresum trāsumptum visuris, lecturis
pariter & audituris, notum facimus, &
in verbo veritatis attestamur, qualiter
cum supradictis originalibus Apostolicis
literis: quas non cassas, non abolitas, nec
in aliqua sui parte suspectas vidimus, &
cum præmisso transumpto auscultauim⁹
concordat, In quorum omnium. fidem &
testimonium ad instantiam R. P. F. An
tonij à Monelia ordinis S. Francisci de
obseruātia ac in Rom. Curia eiusdem or
dinis

dinis procuratoris, has presentes nostras
attestationis literas etiam imprimi, & n
stri soliti sigilli (quo in similib' utimur
impressione communiri, & per notarium
infra scriptum subscribi fecimus.

Actum & Datum Romæ in ædibus no
stris. Anno a natiuitate Domini 1567.

Indictione Nona, Die vero 24. Iulij.

Pontificatus eiusdem Sanctissi

mi D.N. Pij Papæ Quinti


Anno Secundo.



Cum facultate Inquisitoris
Et Ordinarij.







Sa
Ga
Es
Ta
N.

1600

1600

1600

1600

1600

Sala	R
Gab.	
Est.	
Tab.	4
N.º	8